Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



TRO

Omnes aues mundas comedite. Si mũ
das ne comedatis. aquilam scil. ⁊ gri
phem. ⁊ alietum et vrion ⁊ milvum secun
dum genus suum. ⁊ om
ne genus corvi secundum genus suum. struthionem ac
noctuam et larum. atq; accipitrem
iuxta genus suum. herodium. ⁊ cig
num. ⁊ ibin. ⁊ mergulum. porphyri
onem et nycticoracem et onocrotalum.
⁊ caladrium singula in genere suo. upu
pam quoq; et vespertilionem. et omne
quod reptat et pennulas habet immundum
erit. non comedetis. Omne quod mundum
est comedite. quicquid autem mori
cinum est ne vescamini exeo. Pegri
no qui intra portas tuas est da ut
comedat aut vende ei. quia populus tu
es sanctus domini dei tui. Non coques
hedum in lacte matris suae. Decimam
partem separabis de cunctis fructibus tu
is que nascuntur in terra per annos sin
gulos. ⁊ comedes in conspectu domini
dei tui in loco quem elegerit ut sit ibi
nomen illius invocetur. decimam fru
menti tui et vini et olei. et primogeni
ta de armentis et ovibus tuis ut disc
as timere dominum deum tuum omni
tempore. Cum autem longior fuerit via et loco
quem elegerit dominus deus tuus tibi
que benedixerit. nec poteris adeum hec
cuncta portare vendes omnia et in pe
cunia redigies. portabisque manu tua
et proficiscieris ad locum quem elegerit
dominus deus tuus et emes ex eadem pe
cunia quicquid tibi placuerit sive ex
armentis sive ovibus vinum quoq;
et siceram et omne quod desiderat ani
ma tua. ⁊ comedes coram domino deo
tuo et epulabis tu ⁊ domus tua ⁊ le
vita qui intra portas tuas est. Caue
ne derelinquas eum. quia non habet a
liam partem in possessione tua. Anno
tercio separabis aliam decimam ex omni
bus que nascuntur tibi eo tempore. et ponesin
tra portas tuas venietq; levites qui
aliam non habet partem nec possessio
nem tecum. et pegrinus ac pupillus ⁊
vidua que intra portas tuas sunt. et
comedent et saturabuntur. ut benedicat
tibi dominus deus tuus in cunctis operibus
manuum tuarum que feceris.

Septimo anno CXV
faciet remissionem que hoc
ordine celebratur. Cui debet
aliquid abamico vel proximo aut frat
re suo repetere non poterit quia annus
remissionis est domini. A pegrino ⁊
adveno exiges eum et propinquum
repetendi non habes potestatem. Et
omnino indigens et mendicus non
erit inter vos ut benedicat tibi dens
in terra quam daturus est tibi in pos
sessionem. Si tamen audieris vocem
domini dei tui. ⁊ custodieris omnia ver
ba que iussit. et que ego precipio tibi
benedicet tibi ut pollicitus est. Fene
rabis gentibus multis. ⁊ ipse a nullo ac
cipies mutuum. Dominaberis na
tionibus plurimis ⁊ tui nemo dominabi
tur. Si unus de fratribus tuis qui mo
rantur intra portas civitatis tue in
terra quam dominus deus tuus dabu
ris est tibi ad paupertatem venerit.
non obdurabis cor tuum nec cont
hes manum. sed aperies eam pauperi
et dabis ei mutuum quod eum indige
re perceris. Caue ne forte subrepiat
tibi impia cogitatio. ⁊ dicas in cor
de tuo appropinquat septimus an
nus remissionis. ⁊ aversas oculos a
paupere fratre tuo nolens ei quod postulat
mutuum accommodare ne clamet